



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De epistola concilij Antiochiae super haeresim Pauli Samozateni. Cap. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. VII.

piq
on:
fili
rij.
go
nqz
ver
ocū
dfa
Ad-
dos
lto
pe-
re-
rat
o ca
rissi
utm
epi
no

pientia cōprehendens omnia, & virtus qua tota crea-
tura fieri potuit. Filius verus veri, & inuisibilis ex inui-
sibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immorta-
lis ex immortali, & sempitern⁹ ex sempiterno. Vnus
spiritus sanctus ex deo substantiam habens, & qui p
filiū apparuit imago filij perfecti perfecta, viuētibus
causa sanctitatis, sanctificationis præstatrix, per quē
deus super omnia & in omnibus cognoscitur, & filius
per quē omnia. Et trinitas ista perfecta maiestate &
sempiternitate & regno minime diuiditur, neq; abali-
enatur. Igit̄ neq; factū quid aut seruiēs in trinitate, ne-
que superinducētū tanquam antehac quidē non sub-
sistens postea vero superingressum. Neq; ita defuit
vnquā filius patri, neq; filio spiritus sanctus, sed incō-
uertibilis, incōmutabilis eadē trinitas semper. Hac-
tenus de Gregorio.

GALIENVS imperator regnat
annis xv. Caput IX.

In tere a Dionysius apud Alexandriā in pace ecclē-
siastica diem obiit, decē & octo annis functus sa-
cerdotio, Maximus succedit.

CLAVDIVS regnat annis duobus. Ca. X.

Alienus q̄c moriēs Claudiū habet successorē,
q̄ in breui morit, Aureliano succedēte. Cuius
temporibus cōgregato apud Antiochiam cō-
cilio, Paulus Samosatenus vltima animaduersione
damnatur, disputāte cum eo Malchione quodā per-
fectæ eruditio nis viro, excipientibusq; notariis. Quæ
disputatio ita magnifice ab eo & accurate habita est,
vt nunc quoque legentibus sit in admiratione. Itaq;

E iii

HAYMO DE CHRISTIA.

secundo iam manifeste Paulus hæreticus cōfutatur,
datis epistolis Dionysio, Romano pontifici, & Ma-
ximo Alexandrino, cuius hæresis & damnatio inno-
tescit & mores. Qualiter filium dei negaret descendis
se de celo, sed à Maria cœpisse affereret, & initium ha-
buisse de terra. Qualiter etiam psalmos qui in domi-
num nostrum Iesum Christum dicebantur, cessare fe-
cisset, velut neotericos, & nuper inuentos. Per semet-
ipsum vero compositos, diebus Paschæ in medio ec-
clesiæ canere fecisset mulieres, quas ipse (horrendum
auditu) de se instituerat. Qualiter etiam incedens per
plateam, tali quadam ambitione vteretur, ut publice
epistolas relegeret, atq; in auditu omnium & oculis
dictaret, assistentibus sibi in placea notariis, quanquā
superbe etiam tribunal in ecclesia sibi, multo altius q;
fuerat, collocasset, & verbū faciens iactaret supra mo-
dum dexteram, ac palmam femori illideret, pede q;
subsaltaret, & scabellū ferireret, & more theatrali ab au-
ditoribus voces clamoras & plausum expeteret. Ma-
xime impudenter etiam mulieres secum habitare p-
mississet, & presbyteris & diaconis, qui eius morē ge-
reabant, similem dedisset licentiam.

Caput XI.

ICitur damnato & expulso ab ecclesia cū exire nol-
let, publica manu ex mādato Aureliani imperato-
ris, Dominus noī in ecclesia Antiochenā succedit
eīs. Interea malis cōsiliis deprauatus Aurelianus, pse-
cutionē meditat̄ in n̄os, eosq; vt scriptis literis vole-
ti subscribere, dextera dei interuenerit, & subscriptio-
nē deturbauerit, fulmen quoq; ante eum magno pa-